



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Paradisus, Desiderium Sanctorum. Gradus 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)



CIVIS COELI
LIBER QVARTVS.
PARADISUS,
Desiderium Sanctorum,

Gradus I.

*Desiderium Sanctorum & Visio
beata.*

Apoc. c. 12.

Bi est cor, ubi est thesaurus: & hoc
siderium communicatur à Spinula
& ab Ecclesia ejus Sponda: Spina
Sponsa dicunt: *Veni: operatus*
nobis, ut dicamus Christo: veni:
elargire nobis tuam Gloriam. O quoniam
magnum, & quam immensum est hoc desiderium
corde adornato Gratia! quæ, cum sit naturæ excedens
& Divinæ, erigit & incitat subjectum, in
quo reperitur, ad cœlum &
ad Deum.

II.

Desiderium Sanctorum, unicum obiectum
inter omnes res creatas.

Inter omnes creature nullum est aliud objectum,
quo quiescere possit Beatus, quam possessio sum-
ni Boni, & Gloria Paradisi. Ibi est pax mentis,
quietes cordis, requies animæ, refrigerium & gaudium
satis hominis, propter Deum creati, & ut sit beatus
& gloriatus in Gloris & Beatiudine ipsiusmet Dei.
alde excellens & singularis in hoc desiderio extitic
sancta Maria Ognacensis, quæ, cum ei quadam
ice appareret Dominus, more impatiens clama-
vit, amplexando Dominum: Nolo, Domine, ut
me recedas, non cupio hic morari amplius,
num ire volo: per domum intelligens patriam
caelestem.

III.

Desiderium Sanctorum migrandi ex
hoc mundo.

Vident Sancti, quod non habeant hic civitatem
permanentem & stabilem, ideo semper futuram in-
uirunt. Talis erat Apostolus, qui cupiebat elongari
corpo, ut præsens adesset Christo, & desiderium
secesset dissolvi, & esse cum Christo. Hic est pro-
tus affectus hominis Christiani, ut cogitet se
peregrinum terræ & civem cœli: censeaque
vitam præsentem sibi obtingere pro materia
patientia, & futuram pro objecto
desiderij.

IV. Desiderium

IV.

*Desiderium Sanctorum, eò quod in part
desit omnis sanctitatis comple-
mentum.*

In cœlo est Sancta Sanctorum, & Sanctus Sanctorum: ubi sanctitas recipit palмam, ac ultimam attingit perfectionem: & deserens motum desiderio summa pace & quiete constituta est. Quadam vice dam Sanctæ revelata fuit sua prædestinatione, unde cebat: *Audiri à Domino me ituram in Sancta Sanctorum. O Vocabula dulcissima! O voces laetissime! Deinde conversa ad aliam quandam Virginem, cui inserviebat, dixit: Dic mihi, quod est Sanctorum? annon paradisus? Et continuo exultatione gaudio & jubilo quasi raptæ reperiebat: Ihesus Sancta Sanctorum.*

V.

*Desiderium Sanctorum, quod proponit
habet summum bonum
Glorie.*

Minimus gradus Gloriarum major est coactis Natura bonis: *Melior est racemos Ephraim vindemias Albonum vel, ut legitur in Hebreo: Racematio melior est viderem, id est, melior est racemos vinae celestis, quam cunctæ Mundi vindemias. Quapropter iure non possunt Sancti desiderium suum collocant in terrena bona; sed solum sollicitudo de bonis cœlestibus, quorum possidentur firmata ducti sponte renunciant omnibus, quotquot, adhuc viventes, possidere possent.*

PAR.